

Irregularitate ex homicidio occulto patratō ex causa defensionis, non servato moderamine inculpate tutele. — 26. Potest etiam Episcopus dispensare in Irregularitate orta ex mutilatione membri occulta, quamvis voluntaria. — 27. Potest insuper Episcopus dispensare in Irregularitate orta ex homicidio casuali, modo delictum sit occultum. — 28. Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate, qua contrahitur ex reiteratione Baptismi occulta, etiamsi incurratur ab aliquo publico Baptizante, dummodo nesciatur, an qui baptizatur fuerit baptizatus. — 29. Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate contracta ab eo, qui duos Sacros Ordines, vel Acolythatum cum Subdiaconatu eodem die suscepit, dummodo delictum sit occultum. — 30. Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate occulta, proveniente ab administratione in Ordinibus male susceptis, dummodo Episcopus ipse non fuerit quoque scienter particeps ejusdem culpae. — 31. Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate, quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, ut exerceat susceptos, ac alios suscipiat, dummodo delictum sit occultum. — 32. Item potest Episcopus dispensare in suspensione, et Irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam aetatem Ordinem suscepit, si jam ad legitimam aetatem pervenerit, et delictum sit occultum, licet celebratio fuerit publica. — 33. Episcopus dispensare potest cum Ordinato ad Ordines minores, vel ignoranter ad Sacros ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, et dignitati, aut Censura irretito, schismatico, haeretico, deposito vel degradato, dummodo sit occultum. — 34. Item potest Episcopus dispensare in suspensione, quam quis contraxit recipiendo Ordines sine litteris dimissoris, dummodo sit occulta. — 35. Item potest Episcopus dispensare in suspensione contracta ab eo, qui furtive, id est nesciente Episcopo, neque probante, neque examinante, Ordines suscepit, si occulta sit. — 36. Item potest Episcopus dispensare cum eo qui per saltum promotus ad Ordines celebravit, ubi delictum fuerit occultum. — 37. Item potest Episcopus dispensare cum Simoniao occulto, non tamen illum rehabilitare ad Beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quae per Simoniam occultam obtinuit. — 38. Episcopus non potest dispensare in Irregularitate orta ex haeresi occulta exteriori. — 39. Episcopus dispensare potest cum occulto excommunicato, qui publice celebravit; secus vero si publice sit excommunicatus, et celebravit occulte. — 40. Episcopus dispensare non potest cum inquisitis de delicto, quod non potuit probari, si nec diffinitive, nec alio modo fuerunt absoluti, sed dimissi cum cautione de se presentando. — 41. Episcopus dispensare non potest in materia delicti ad forum contentiosum deducti, et jam finito officio puniri. — 42. Potest tamen Episcopus dispensare cum eo, qui finito iudicio contentioso obtinuit absolutionem ab injecto crimine. — 43. Etiamsi mediis depravatis obtinuerit absolutionem, adhuc cum ipso poterit dispensare Episcopus. — 44. Immo etiamsi iudicium non fuerit sententia absolutoria finitum, si acensator per annum tacuerit, poterit Episcopus, elapso anno, cum ipso dispensare. — 45. Quando Episcopus possit, vel non dispensare quoad Sacros Canones, Constitutiones Apostolicas, et Decreta Conciliorum Generalium. Quoad Bigamiam. Quoad observantiam Festorum. Quoad jejunia. Quoad impedimenta Matrimonii. Quoad Irregularitatem. Quoad juramenta, et vota. Quoad penas Simoniae? *Remissive.* — 46. Episcopus quoad Ordines. Quoad praedicationem, et Praedicatores. Quoad professiones. Quoad Regulares. Quoad Visitationem? *Remissive.* — 47. 52. De Episcoporum facultate dispensandi a Legibus Ecclesiae.

ARTICULUS VI. — *Quoad ea, quae Episcopus potest, et debet, vel non.*

1. Episcopus prohibere potest ne in Ecclesiis etiam

Regularium canatur Cantilena, vel laudes in idiomate italico. — 2. Immo non obstante quacumque contraria consuetudine poterit Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis, et Oratoriis publicis canatur musica lingua vernacula, quantumvis concinnule, et verba spiritualia sint. — 3. Episcopus potest suo arbitrio moderari scamna, et loca laicorum. — 4. Episcopus potest prohibere, ne Sedes Laicorum, etiam Praefecti et Commendatarii locorum locentur in Presbyterio apud Altare, non obstante quacumque consuetudine in contrarium. — 5. Episcopus potest remove indecentia, et scandalosa in Ecclesiis arbitrio suo. — 6. Episcopus potest prohibere Ludimagistris exercitium scholae, quamvis fuerint nominati a Communitatibus Laicorum, nisi prius fuerint ab eodem approbati. — 7. Episcopus potest ordinare, ut Canonici sedeant in sedibus Chori, vel in scamnis apud Altare hinc inde juxta usum introductum, prout melius sibi videbitur. — 8. Episcopus potest decretum edere, ne Canonici, et alii de Capitulo discedant ab Ecclesia tempore Concionis, et quod illi intersint quotidie sub poena amissionis distributionum illius quo die, in qua defecerint. — 9. Episcopus potest reduce consuetudinem longioris vacationis Canonicoꝝ ad servitio Ecclesiae ad tempus praescriptum a Sacro Concilio Tridentino. — 10. Episcopus potest auctoritate ordinaria, et Apostolica sibi delegata a Sacra Congregatione prohibere Decano, et aliis quibuscumque Dignitatibus, ne audeant quidquam statuere, vel determinare, quod ad Ecclesiae commodum, vel incommodum pertineat, extra locum Capitularem, et non vocatis omnibus, et Capitularibus. — 11. Episcopus potest Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in Censuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, ut tanquam talis evitetur ab omnibus. — 12. Contrarium tamen tenent plures alii. — 13. Episcopus potest rationem administrationis officii exigere a Vicario Capitulari tempore sedis vacantis constituto, et si reus reperiatur, punire. — 14. Immo Episcopus omittens scienter, et negligenter facere Syndicatum Vicario Capituli, secundum graves Doctores peccat mortaliter. — 15. Episcopus potest exigere juramentum de fideliter administrando ab administratoribus Locorum, et Legatorum piorum. — 16. Et potest Episcopus ab ipsis rationes, et computa administrationis exigere, tam in Visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis. — 17. Immo Episcopus potest ab ipsis rationes, et computos administrationis exigere, etiamsi Defunctus disposuisset, quod Legatum esset nullum, quando se immisceret Episcopus, et rationem requireret ab Executore, et administratore, quem voluit, et vult a nemine posse cogi ad reddendam rationem. — 18. Episcopus potest ex aliqua rationabili causa convocationem Capituli Canonicoꝝ habere, et suspendere. — 19. Episcopus potest intervenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de interesse suo, non obstante quacumque consuetudine in contrarium. — 20. Episcopus potest cogere Canonicos ad praestandum juramentum de fideliter punctando in Choro. — 21. Episcopus potest retinere penes se unum, vel duos Canonicos, qui fructus Praebendae, non tamen quotidianas distributiones percipiant ac si Choro praesentes essent etiam stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali quod Canonici non interessentes divinis, non percipiant proventus Praebendae. — 22. Episcopus potest, et debet providere juxta formam *cap. 12. sess. 24. de Reformat.* ne una pars Chori aliquando vacua remaneat per absentiam Canonicoꝝ, dum Canonici habentes assignatas sedes in alia parte, sedes suas egredi renuunt. — 23. Episcopus potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere. — 24. Episcopus de consensu Capituli erigere potest Dignitatem, etiam in Cathedrali. — 25. Episcopus potest diebus Festis

larvas prohibere, non obstante asserta contraria consuetudine. — 26. Item potest etiam Episcopus Meretricibus larvas prohibere, quamvis Gubernurator eidem illam deferendi permissionem, et facultatem dedisset. — 27. Episcopus potest prohibere, nedum Clericis saecularibus, sed etiam Regularibus, ne incedant cum larva. — 28. Potest Episcopus carere Regulares offendentes suos Ministros, et Officiales. — 29. Episcopus potest coercere, et punire Militem Hierosolymitanum, et alios exemptos offendentes personam Officialium suae Curiae Episcopalis in actu exercendi suum Officium, aut alios suam jurisdictionem impediens. — 30. Episcopus potest tenere familiam armatam, et Satellites. — 31. Et si non habeat familiam armatam, potest concedere licentiam Lectoribus Tribunalis Laici, ut capiant Clericos deferentes arma, modificatione a Sacra Congregatione statuta. — 32. Episcopus in sua Diocesi utitur familia armata Tribunalis Laici absque Judicis licentia. — 33. Episcopus contra Clericos non deferentes Habitum, postquam ter monuit, potest illos privilegii Clericalibus privare. — 34. Episcopus potest punire Clericum delinquentem, et requisita Concilii non habentem, et tanquam Laicum se habentem; etiamsi Judex Laicus praevenerit, a quo repetere potest, dummodo ille per declarationem, a jure, vel ab homine, servatis servandis, factam, non fuerit privilegii Clericalibus denudatus. — 35. Episcopus potest procedere contra Clericum, qui Clericali renunciavit, et inquisitus de delicto in foro saeculari fuit absolutus. — 36. Episcopus punire potest contrahentes Matrimonia contra suam prohibitionem. — 37. Item punire potest, qui contrahunt coram Parocho dissentiente. — 38. Item punire potest eos, qui contrahunt omissis denunciationibus. — 39. Item punire potest testes intervenientes, si sint in dolo. — 40. Licet autem Episcopus prohibuerit Parocho assistere Matrimonio, adhuc Matrimonium contractum, servata forma Concilii, est validum, quamvis Parochus puniri valeat ob inobedientiam. — 41. Episcopus potest contra concubinos, nullis praecedentibus monitionibus, procedere, quando non procedit ad Censuras. — 42. Episcopus absque Inquisitore potest cognoscere, decidere, et determinare causas illorum, apud quos reperiuntur libri prohibiti, non sapientes manifestam haeresim. — 43. Episcopus potest procedere contra Laicum, qui subrogare attentavit testes in causa pendente coram Judice Ecclesiastico. — 44. Episcopus potest delegare alicui Sacerdoti sibi benevisio Benedictionem Ecclesiae, seu Cappellae in agro existentis, si alias sit legitime constructa. — 45. Episcopus solus potest habere fenestram e domo respicientem in Ecclesia. — 46. Episcopus potest ex causa concedere Confraternitatibus Laicorum, ut in eorum Ecclesia conservent Sanctissimum Sacramentum. — 47. Episcopus potest pro contributione Seminarii taxare bona Confraternitatum quatenus sint Ecclesiastica. — 48. Episcopus debet esse vitae irreprehensibilis. — 49. Episcopus debet esse hospitalis et eleemosynarius. — 50. Episcopus debet esse pudicus, et continens, unde debet fugere consortia mulierum. — 51. Episcopus debet esse sobrius, et non vinolentus, nec epulatur. — 52. Episcopus debet esse modestus, mansuetus, et humilis. — 53. Episcopus debet avaritiam, et iracundiam fugere. — 54. Episcopus debet esse doctus, et prudens. — 55. Episcopus debet concordiam, pacem, et unitatem, non solum inter Ecclesiasticos, sed etiam inter Laicos fovere. — 56. Episcopus debet pupillis, viduis, aliisque pauperibus oppressis providere, tueri, et justitiam ministrare. — 57. Episcopus debet quotidie Missam celebrare, vel saltem audire. — 58. Episcopus debet mores in populo, disciplinam in Clero, nitorem et decorem in Ecclesiis totis viribus fovere, et promoveri. — 59. Episcopus debet delicta Clericorum praesertim publica punire, et mores reformare. —

60. Episcopus debet per seipsum legitime non impeditum Diocesim visitare singulis annis, et si propter ejus latitudinem non possit visitare totam quotannis, debet saltem toto biennio per se, vel per suos Visitatores totam Visitationem complere. — 61. Episcopus debet Officiales, et Ministros bonis moribus, bonaque fama praeditos retinere, et improbos arcere. — 62. Episcopus debet Sacramentum Ordinis sine labe, et suspitione Simoniae, aut spe munerum, et tantum dignis conferre. — 63. Episcopus debet multas, et penas pecuniarias locis, et usibus applicare. — 64. Unde debet constituere fidelem Depositarium, qui ipsa recipiat, et fideliter de suo mandato locis, et usibus piis applicet. — 65. Et debent applicari pauperibus, et locis piis proprie Diocesis ad arbitrium Episcopi. — 66. Nec potest Episcopus ipsas sibi applicare, quamvis sit pauper, et egenus, nisi sibi a Sed. Apost. fuerit hoc specialiter concessum. — 67. Nec Episcopus potest partem ipsarum penarum applicare suo Fiscali, vel alteri Officiali. — 68. Episcopus debet Beneficium Parochiale conferre per concursum, si conferat jure devoluto ob negligentiam Patroni Laici. — 69. Episcopus in collatione Beneficii debet servare formam a fundatore praescriptam, etiamsi conferat jure devoluto, et sic debet conferre uni ex vocatis. — 70. Episcopus in fundatione Beneficii debet admittere condiciones praescriptas a fundatore, quamvis juri communi contrarias, dummodo non sint turpes, impossibiles, et contra naturam Jurispatronatus. — 71. Episcopus debet in publicatione decretorum Synodi, Capituli consilium exquirere, aliter nulliter agit. — 72. In Beneficiorum unione Episcopus adhibere debet consilium, et assensum Capituli. — 73. Item debet Episcopus adhibere consilium, et assensum Capituli in erectione novae Dignitatis, et novi Canoniciatus. — 74. Quid possit, et debeat Episcopus quoad Regulares, et Moniales? *Remissive.* — 75. Episcopus non potest erigere Collegiatam neque in actu Visitationis. — 76. Neque potest Episcopus Curam suppressimere, ut erigat Dignitatem. — 77. Neque potest Episcopus de novo concedere Almutiam Canonico, neque Cappam sine privilegio, et expressa licentia Sedis Apostolicae. — 78. Episcopus non potest statuere, quod Canonici, qui non sunt in Sacris, non lucentur distributiones. — 79. Neque potest statuere, quod Canonici Jubilatis vigore Indulti non debeantur distributiones. — 80. Neque potest statuere, quod distributiones, quae amittuntur a Canonico absentibus, et accrescent inservientibus, applicentur Fabricae Ecclesiae, aliisque usibus piis. — 81. Episcopus sicuti et Capitulum non potest amissa distributiones ob non residentiam remittere, aut condonare illi ipsi, qui eas amisit. — 82. Episcopus non potest uti Oratorio privato extra domum propriae habitationis, cum declaratione tamen data sub verb. *Oratorium* n. 70. — 83. Episcopus non potest cogere, sed hortari Curatos, et Rectores Ecclesiarum, ut necessaria ministrent Presbyteris celebrare volentibus in eorum Ecclesiis. — 84. Episcopus non potest concedere licentiam, ut quis celebrare possit Missam cum Biretino, aut Pileolo in capite, sed spectat tantum ad Summum Pontificem eam dare. — 85. Immo neque ipse Episcopus potest eo uti sine Sedis Apostolicae licentia. — 86. Episcopus non potest ultra duos menses uti opera Parochi. — 87. Episcopus non potest concedere licentiam Canonico se a residentia absentandi ultra tres menses. — 88. Episcopus non potest dispensare, ut Dignitas in Ecclesia Cathedrali non habens Curam animarum possit conferri illi, qui non habuerit 22 annos completos. — 89. Episcopus non potest dispensare, ut habens duo Beneficia, etiam simplicia, et ad honestam Clerici sustentationem non sufficientia, possit obtinere, et retinere tertium Beneficium, etiamsi omnia simul ad Beneficiati sustentationem

